

## Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## LIBER

in quarto de uitis nihil esse Diogenis affirmat. Tragoediolas autem ait satyrus philisci aiginensis esse Diogenis discipuli. Sotion aut in septimo haec sola Diogenis esse ait. De virtute. de bono. Amatoriū pauperem. Tolomaeum. pardum. Cassandra. Cephalionem. philiscum. Aristarchū. Sisyphum. Ganymedē. de usu. Epistolas. Fuerunt autem quinq; Diogenes. primus apollinates physicus. Eius autem scriptorum istud initium fuit. Quodcumq; dicere aggredienti opera preciū esse uidetur initium irrefragabile ponere. Secundus sicyonius qui peloponnesia scripsit. Tertius hic ipse. Quartus stoicus ex seleucia: appellatus est autem babyloni ob uicinitatem. Quintus tarsensis qui de quæstionibus poeticis scripsit: quas etiam soluere nititur. Huc uero philosophum Athenodorus in quinto de ambulationum ait q; ungi solitus sit: lucidum semper uisum esse.

Mominus syracusanus.

**M**ominus syracusanus Diogenis quidē discipulus: famulus uero mensarri cuiusdam corinthii fuit: ut Socrates tradit. Ad eū Xeniades qui Diogenem emerat: frequens pergebat: uirtutēq; ipsius operum atq; in dicendo uim prædicans: Mominum in uiri pellexit amore. Ille enim continuo simula ta uesania abiicere monetam oēmq; mensē pecuniā ceperit: donec a domino repudiatus continuo se ad Diogenē contulit. Assecutus est autem & Cratē cynicum səpius ceterosque id genus studiose consecutus. Qua ex re factum est ut eum dominus suus adhuc magis insanire putarit. Fuit autem uir eloquēs & doctus: adeo ut Menander comicus ipsius mentionem fecerit in quadam comedia sic de eo dicens. Mominus uir quidam fuit oīphilo sapiēs ignobilis modico qui peram gessit: peras ergo tres. Sed & imaginis uerbo edixit simile nihil ci esse per louem quod dictum est: nosce te ipsum: neq; his quæ sunt in laude: sed super haec oīa mendicus ille & sordidus. Nam quod reliquum est oī fastum esse ait. Adeo uero grauis tantaq; constantia fuit: ut contempta gloria solam ueritatem appeteret. Scripsit autem ludicra sententius seriis permixta: de appetitionibus duo: & exhortatorium.

Onesicritus.

**O**NESICRITU alii quidem aiginensem tradunt. porro Demetrius magnesius astipalensem fuisse ait: & hic ex Diogenis ludo pbatisimus. Videatur autem quiddam habere simile cū Xenophonte. Ille quippe cū Cyro: hic cum Alexandro militauit. ille cyri pædian: hic alexandri scripsit initia: ille cynis: hic alexandri prosequitur laudes. Est autem & stilus utriusq; simillimus: nisi in quantum q; transribitur secundum ab exemplari est. Fuit & Menander diogenis discipulus cognomēto Drymus homeri admirator: & Hegesæus sinopæus Cloeos cognominatus: philiscus aiginensis quem prædiximus.

Crates thebanus.

**C**RATES Ascondii filius thebanus ipse quoque inter sapientissimos Diogenis discipulos fuit. Ceterum Hippobotus nō Diogenis ipsum fuisse